

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 57. Parisiensis Senatus edictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Deputati
fecessi
dabant;
quam
ansatus
at, sed
ca sunt,
musta-
to man-
er per-
attinet,
a Regis
Drocam
rematur
ominos
riperit,
eret, &
nite po-
ceterum
inverte
litati fa-
ciemus,
præter-
ter Re-
e exam-
it, nec
quimus,
em pro-
u turpi
d pub-
diffimu-
ec Bitu-
ricensis

Archiepiscopus promisit, quod in hosce Concionatores inquirere, eosque punire velit, quibus peractis utrinque discessum est.

Sæcul. XVI.
A.C. 1593.

§. LVII.

Parisiensis Senatus edictum.

Has consultationes ægre ferebant Le-
gatus Cardinalis, atque Hispani,
qui nullum non movebant lapidem, ut
inducias præpedirent, ac Franciæ dia-
dema cujusdam exteri Principis capiti
imponerent: verum etiæ omnes suæ dex-
teritatis fontes exhaustirerent, nunquam
tamen sua molimina ad optatum exi-
tum deducere poterant: insuper Par-
isiensis Senatus die vigesima octava Ju-
nii hanc in rem edictum promulgabat,
in quo potentibus Regio Procuratore,
Curia, omnibusque tribunalibus ibi
congregatis declarabat, quod nunquam
aliud intenderit, nisi ut Religio Catho-
lica, Apostolica, & Romana per Uni-
versum Franciæ Regnum sub Regis
Christianissimi, Religione Catholici, &
Natione Galli præsidio firma servare-
tur, ac nihil magis cordi haberet, quam
ut præcipuæ Regni leges custodirentur,
hinc fese oppositorum dicebat omnibus
pactis, per quæ Franciæ sceptrum ad alios
Principes tam Viros, quam Fœminas e-
tiam sub Religionis obtentu devolvi

Cayet chr.
nov. tom. 3.
mem. de la
lig. tom. 5.
Mem. p. 129,

X 4 posset,

Sæcul. XVI. posset, eapropter etiam quicquid circa
A.C. 1593. hanc rem decerneretur, tanquam nullum, nulliusque valoris, a se declarari inquietabat, cum ea contra legem Salicam attentarentur. Itaque ex hujus editi præscripto Joannes Magister Preses unacum pluribus aliis Senatus Ministris ad Maduanum Ducem jubente Curia sese contulit, ubi præsentibus Principibus, Regnique Ministris rursus adversus omnia pacta Regni legibus adversantia reclamabat.

§. LVIII.

Renatus Benedictus pro Rege in fidem instituendo accersitus, Legatis que oppositio.

*Th. I. 106.
Mem. de
l'Etoile t. 2.
pag. 139.*

Hoc editum Hispanorum consilia potius evertere videbatur, quamvis Ordinum conventus illud haud ægeret: vicissim vero Rex prospero hoc rerum successu opportune usus propositum illud, quo in vera fide imbui desiderabat, serio executioni dare creperat; quapropter Meduntæ ad Renatum Benedictum sancti Eustachii Parochum prescribens, eidem significabat, quod eum in oppido sancti Dionysii præstolaretur, eo quod cum illo de Religione conferre vellet. Astre comperta Legatus hujus Paro-